MISSALE CLAUSTRONEOBURGENSE

Klosterneuburg, 1452

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

gitur Nulla rei fit scissura signi tantum fit fractura qua nec status
nec statura signati minuitur Ecce panis angelorum factus ci-
bus viatorum vere panis filiorum non mittendus canibus In figuris pre-
signatur cum ysaac immolatur agnus pasche deputatur datur
manna patribus Bone pastor panis vere iesu nostri miserere tu
nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre in terra viventium
Tu qui cuncta scis et vales qui nos pascis hic mortales tu
nos ibi commensales coheredes et sodales fac sanctorum omnium.
In i. t. Dixit d. i. turbis iudeorum Secundum Iohannem
Caro mea vere est cibus: et sanguis meus ve-
re est potus Qui manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem: in me manet et ego in eo Si-
cut misit me vivens pater et ego vivo propter pa-
trem: et qui manducat me: et ipse vivet propter
me Hic est panis qui de celo descendit: non si-
cut manducaverunt patres vestri manna in deser-
to: et mortui sunt Qui manducat hunc panem:
vivet in eternum Off. Sacerdotes incensum domini et panes
offerunt deo et ideo sancti erunt deo suo et non polluent nomen eius
alleluia Sec. Ecclesie tue quesumus domine unitatis et pacis
propicius dona concede: que sub oblatis muneribus
mistice designantur Per Prephacio Quia per incarnati
Communio Quotienscumque manducabitis panem hunc et ca-
licem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat itaque qui-
cumque manducaverit panem vel biberit calicem domini indigne:
reus erit corporis et sanguinis domini alleluia Complenda
Fac nos quesumus domine divinitatis tue
sempiterna fruicione repleri: quam preciosi
corporis et sanguinis tui temporalis percep-
cio prefigurat Qui cum deo patre et spiritu sanc-
to vivis et regnas in secula seculorum Amen